¶ Ostenso aīam esse de ꝯsideratione nālis declarat quāta difficultas sit circa diffōnes nāles: vt ex hoc manifeste habeat̄ ꝙ circa aīam: τ ꝙ circa qḋcūqꝫ aliḋ ꝯsideratū a nāli vt est q̄d diffinibile ē maxia difficultas. ¶ Ad c⁹ euidētiā sciendū ꝙ manifeste appet maximā difficultatē eē in diffinitionib⁹ nālib⁹ si ꝯsideret̄ q̄uō differēter diffiniūt dialecticus τ naturalis. duo aūt facit. qr pⁱmo dat dr̄iaꝫ inter modū diffiniēdi logicū τ nālē. scḋo ex his q̄ dixerat separat naturalem ph̄m ab artificib⁹ aliqs. ibi. (Aut nō ē aliqs q circa possiones τc.) Circa pⁱmū tria facit. qr p̄ ponit dr̄iam īter diffōnes naturales τ logicas. z⁹. ex his q̄ dixerat ꝓbat diffōnes nāles eē magis ꝯpletas q̄ logicas. 3⁹. distinguit diuersa gn̄a diffōnū vt ondat q̄ illaꝝ sit nālis τ q̄ nō sit nālis. z⁹ ibi (Rō q̄dē) 3⁹ ibi (Sic dom⁹ rō) Dicit ḡ ꝙ differēter diffiniet dialectic⁹ τ physic⁹ vnūq̄dqꝫ ipsoꝝ: vt si diffiniēda est ira q̄d est. h̄ q̄dē. n. s. dialectic⁹ dicet eā eē appetitū recōtristatōis. aut aliqd hꝰ: vt appetitū ꝓmutatiōnis. ille aūt. s. nālis dicit irā eē feruorē sanguīs: aut eē motū calī sāguīs circa cor. q̄rū aūt. i. de nūero q̄ꝝ sic diffiniētiuꝫ ali⁹ q̄dē assignat māꝫ vt phyc⁹. ali⁹ v̄o speꝫ τ rōnē vt dialectic⁹. ¶ Nōn^m aūt dialecticū magis eē artificeꝫ rōnalez: physicū v̄o magis eē realē: iō physic⁹ magis ꝯsiderat formā τ vt hꝫ eē reale τ vt hꝫ eē in mā. dialectic⁹ v̄o eo ꝙ sit artifex magis rōnal' pt diffinire accipiēdo solū rōnē τ formā. absqꝫ eo ꝙ ī suis diffōnib⁹ accipiat māꝫ. Deiñ cū dic.

¶ Ratio quidem enīz hec rei. necesse est esse in materia huiusmodi si erit.

¶ Hic ostēdit diffōnes nāles esse magis ꝯpletas q̄ dialecticas dicēs. ꝙ hec rō seu hec itentio vt hꝫ lēa cōmēti: seu h̄ q̄ditas exꝑmēda ꝑ diffōnē ē spēs rei. i. forma q̄ hꝫ eē i re τ ī mā. nec̄e ē āt hāc formā si erit. i. si existit eē ī mā hꝰ. i. ī mā reali τ sibi ꝑꝑortionata. τ qr sic aliqd hꝫ esse sic hꝫ cognosci τ diffiniri: si rō danda ē de forma q̄ hꝫ esse in re τ in materia. nunq̄ erit perfecta τ cōpleta nisi ibi ponat̄ ipsa materia. ¶ Notandū ḡ magis cōplete diffinire physicuꝫ

q̄ dyaleticū cū ipse in diffinitiōib⁹ rer̄ mā̄liū ⁊ formarū existentiū in mā̄ ponat ipam mā̄z: qd nō facit dialecticus: qui solū cōsiderat rōnē ⁊ formā. ⁊ qr difficile est diffinire aliquid pfecte ⁊ cōplete ex ipsa dr̄ia que est inter dialecticum ⁊ physicum: patet difficultatem esse magnā circa diffinitiones physicas. Deinde cum dicit.

Sicut domus rō qdez quedā talis: qr coopertimentuz ꝓhibens corruptiones a ventis ⁊ imbrib⁹: ⁊ caumatib⁹: hec aūt dicit lateres ⁊ lapides: ⁊ ligna. alia vero in his spēm ꝑ ista.

Distinguit diuersa gn̄a diffōnuz vt separet diffōnes nā̄les ab alijs vel vt ondat q̄ illar̄ diffinitionū sint nā̄les et q̄uo diffiniendū est aliqd nā̄liter. duo ḡ facit. qr pmo tangit tria genera diffōnū siue tres modos diffiniēdi. 2° ostēdit duos illor̄ modor̄ esse nā̄les. aliuz vo nō esse nā̄lem ibi (Que igit̄ nā̄lis) Dicit ḡ q̄ vna diffinitio dom⁹ ē qdē rō ponens solā formā: vt qr est opertimentū ꝓhibēs corruptiones o ventis imbribus ⁊ caumatib⁹. hec aūt. i. alio diffō dicit solaz mā̄m. vt cū dicit̄ dom⁹ est lapides lateres ⁊ ligna. alio vo est tertia diffō q̄ dicit spēm. i. formā in his. i. in ea. i. mā̄ ꝓpter illa. i. ꝓpter talē finez. ⁊ hec est diffō cōplea cōprehendēs magis cōplete que sunt de rōne diffiniti.

Notandū aūt esse modū phi q̄ illā diffōnez appellat formalē q̄ est demōstratiōis ꝑncipiū ⁊ q̄ iponit necessitatem alijs. illā vo appellat mā̄lem q̄ est demōstratiōis cōclusio ⁊ cui iponit̄ necessitas. cū ergo finis iponat necessitatem efficienti: efficiēs forme: ⁊ forma mā̄e: diffō data ꝑ finem vel ꝑ efficientē vel per formā dicit̄ formalis respectu diffōnis date per mā̄m philosophus ḡ in loquēdo de diffōnibus nō distinguit īter finez ⁊ formā sed ipaz diffōnem datam ꝑ finez appellat formalē imo si bn̄ cōsideraretur ꝑacta diffō dato per finez est magis formalis q̄ aliq̄ alia. qr finis est cā̄ causar̄ ⁊ finis iponit necessitatē oibus alijs. Notandū ēt q̄ ex hoc manifeste pz q̄ hec diffō ire q̄ē appetitus ire recōtristatiōis. ⁊ hec dom⁹ diffō: q̄ ē coopertimētū ꝓhibēs corruptionē a ventis imbribus ⁊ caumatib⁹. est diffō formalis. nā lz iratus finalr̄ itendat punire ⁊ recōtristari paruū ꝑendentē. ⁊ lz hic sit finis domus. s. ꝓhibere corruptiōes a ventis ⁊ imbribus: nihilominus tamen he diffinitiones formales sunt. qr diffinitiones date per finem formales dici debent vt est per habita manifestum. Deinde cum dicit.

Que igit̄ nā̄lis har̄ vtrū q̄ circa mā̄m: rōnez aūt ignorās: aut q̄ circa rōnē solū: aut magis q̄ est ex vtrisq̄z. illor̄ autez quis vterq̄z.

Distinctis modis diffiniendi inuestigat q̄ illar̄ diffōnuz sint nā̄les dicens: q̄ igit̄ har̄ diffōnū est nā̄lis vtruz diffō q̄ est circa mā̄m ignorans aūt rōnē ⁊ formā aut est nā̄lis diffō illa q̄ est solū circa rōnē ⁊ formaz aut magis dz dici nā̄lis diffō q̄ est vtriusq̄z. ⁊ subdit q̄ illor̄ autē quis ē nā̄lis: et ait q̄ vterq̄z. Notādūz aūt q̄ cum tres sint modi assignati diffiniēdi vterq̄z modus. i. duo illor̄ modor̄ sūe nā̄les. terti⁹ vo est inā̄lis. nā diffō ponens formā solā nō ē nā̄lis: sz diffō ponēs mā̄m: ⁊ illa q̄ inuit vtrūq̄z vt mā̄m et formā nā̄les sunt. Notōdum ēt q̄ lz due diffōnes sint nā̄les vt illa q̄ ponit mā̄m ⁊ q̄ ponit vtrūq̄z: magis ē tn̄ nā̄lis ponens vtrūq̄z q̄ ponens mā̄m tm̄: eo q̄ mā̄ nō sit nā̄ nisi per ꝯparationē ad formā. vt ꝓbat̄ scdo physicorum. Notādū ēt phm oia hec adducere. vt ostendat quāta difficultas sit circa cōsiderationē anime. ⁊ circa passiōes eius prout talia sunt diffinibilia naturaliter eo q̄ diffinitiones talium quanto magis complete sunt tanto magis naturales iudicantur. Deinde cum dicit.

Cō. 17. **At vero nō est aliqs q̄ circa passiōes materie nō sepabiles: ⁊ vt nō seperabiles sunt versetur sed physicus circa oēs quecūq̄z h⁹ corporis ⁊ h⁹ materie opera ⁊ passiōes sunt.**

Ex his q̄ dixerat dat dr̄iam inter physicū ⁊ alios artifices. ⁊ qr h⁹ dr̄ia hic q̄si icidētalr̄ adducit̄. io tria facit. qr pmo pōit h⁹ dr̄iaz. scdo qr quasi digressionē fecerat a ꝓposito redit ad ꝑncipale intentū ostedēs q̄les sunt passiones aie cōsiderate onā̄li: ⁊ q̄uo habeāt diffiniri. 3° ꝯtinuat se ad tractatū. ⁊ ad portē executiuaz ostēdēs q̄liter de aia sit tractandū ⁊ exequēdū 2ª ibi (Sed redeūdū est) 3ª ibi (Intendētes aūt) Circa pmū duo facit. qr pmo ondit q̄ ptinēt ad physicū. 2° ex his q̄ dixerat dat dr̄iaz iter physicum ⁊ artificiales alios ibi (Circa q̄scūq̄z aūt) Dicit ḡ at vero nō est aliqs circa passiōes mā̄e nō sepabiles neq̄z inquantuz sunt sepabiles supple nisi physic⁹: sz physic⁹ ē circa oēs passiōes ⁊ q̄cunq̄z opa ⁊ passiōes sūt tolis corporis. s. nā̄lis ⁊ mā̄e h⁹ q̄ est. s. nā̄lis. Deinde cū dicit.

Circa quascunq̄z autem nō inquantuz huius alius: vt de qbusdam quidez artifex est si contingat vt instructor aut medicus.

Ex his q̄ dixerat sepat physicuz ab alijs artificib⁹. circa qd duo facit phs. qr pmo sepat physicū ab artificibus practicis. scdo a speculatiuis vt a mathe^cis ⁊ diuio ibi (Nō separabiliū quidē) dicit ḡ q̄ artifex q̄ est circa q̄scūq̄z passiones q̄ nō sunt h⁹. i. q̄ nō sunt corporis nā̄lis vt nā̄le est alius a physico: vt artifex practic⁹ vt istructor aut medic⁹ si cōtingat ipm cōsiderare de q̄busdā passionib⁹ corporis nā̄lis. qr cōsiderat de eis nō vt nā̄les sunt. opz tales artifices differre a pho nā̄li. Deinde cū dicit.

Nō separabiliuz qdē. In q̄tū aūt nō talis corporis passiōes: sz ex restrictōe mathematicus. Scdm aūt q̄ oīo sepate prim⁹ philosophus.

Separat physicuz a mathe^cis ⁊ a diuio dicēs q̄ passiōes qdem de nūero nō sepabiliuz inq̄tū nō sūt talis corporis. i. inq̄tuz nō sunt in tali corpore nā̄li. sz vt ex restrictiōe. i. vt per cōsiderationez restringunt̄: vl' vt hz alia lr̄a. ex remotione. i. vt remouent̄ ⁊ abstrahunt̄ a tali mā̄. illas passiones vl' illas res ꝯsiderat mathe^cus. sz res q̄ sūt sepate ⁊ fm q̄ sunt separe ꝯsiderat pm⁹ phs. Differt ḡ nā̄lis a mathe^co. ⁊ a pmo pho. qr pm⁹ phus cōsiderat sepata ⁊ vt sūe sepata. mathe^cus. vo lz n̄ ꝯsideret sepata: ꝯsiderat tn̄ ea vt sūt sepata. phyc⁹ vo nō ꝯsiderat sepata: nec vt sūt sepata. Notōdū ḡ q̄ sic duo tetigerat de physico. videlz q̄ cōsiderat passiōes nā̄les vt sunt corporis nā̄lis ⁊ q̄ ꝯsiderat talia vt nō sūt sepata: ita ꝑ hec duo dr̄t ab alijs artificib⁹. rōne. n. insepabilitatis differt physic⁹ a mathe^co. ⁊ diuīo: sz rōne nā̄litatis differt ab artificibus practicis: vt ab edificatore ⁊ medico ⁊ marie a cyrugico: qr tales ꝯsiderant in corpore naturali aliq̄ nō nā̄lia sz ꝑ artez idnero. Nōn^m ēt q̄ vt cōiter ponit̄ istud additū ꝑ qd sepat̄ physicus ab alijs artificib⁹ nō ē oīo extra ꝓpositū. nā cū fecisset mentionem de diuersis modis diffiniēdi: qr fm diuersos modos diffiniendi sumit̄ diuersitas artificū: cōgruum fuit post illos diffinitiuos modos dare differentiaz īter ipsos artifices. ⁊ inter ipsas scios. Deinde cū dicit.

Sed redeunduz est vn̄ venit sermo. Dicebamus aūt q̄ passiōes aie nō sepabiles a physica materia aialiū inquātū tales existunt: sicut furor ⁊ timor: ⁊ nō sicut linea: ⁊ planum. Cō. 18

Quia quodammodo digressionez fecerat redit ad propositum dicens q̄ redeundum est vnde venit sermo. dicebamus autem q̄ passiones anime non separabiles a

physica. idest a naturali materia animalium in quantum ta-
les existunt sunt furor amor timor gaudium &c. talia que
non sunt sicut linea & planum .i. superficies que habent cō
siderari & diffiniri sine materia sensibili. Sed hȝ passio-
nes anime: & etiā ipsa anima cuius sunt tales passiōes diffi
niri hȝ per ipm corpus & p māam nālez Deinde cū dicit.

Lib. ¶ Intendētes aūt de aīa necesse est simul dubi-
tantes de qbus bene dubitare oȝ ptranseuntes
primoꝝ opiniones ꝯprehendere quicunqȝ ali-
qd de ipsa enūciauerūt: vt bñ qdē dicta accipia
mus. Si vero aliqd nō bñ hec vereamur.

¶ Cōtinuat se ad tractatū .& ptēȝ executiuā ondens qliter
de aīa sit tractandū & exequendū dicēs q̄ itendentes aūt
de aīa necesse est dubitantes eē de bñ dubitabilibꝰ de qbꝰ
oȝ in dispōnibus abūdare: & oȝ nos eē ptrāseūtes opiones
pꝛoꝝ .i. āntiquoꝝ ꝯphēdere .i. apphēdere dicta s qbuscūqȝ
aliqd de ipa aīa ēnunciauerūt & hȝ debemꝰ facere. vt anti-
quoꝝ qdē bñ dcā accipiamꝰ .i. acceptemꝰ. Si vō aliqd nō
fit ab eis bñ dcȝ vēamur .i. timeamꝰ accipe & acceptare illō.

Principiū aūt qōnis apponere q̄ maxi
me videnť inesse fm nāam: aīatuȝ igi-
tur ab iāiato in duobꝰ maxime differ-
re videť. videlicet motu & sensu. acci-
pimus aūt & a pgenitoribꝰ fere hec duo de aīa.

¶ Finito phemio hic ponit tractatꝰ vel ps executiua in q̄
fm modū ppatū in phemio. p̄ exeqtur de aīa fȝ opione
alioꝝ. 2ᵒ exeqtur de ea fm opionē ppriā. scda ps incipit in
pn̄ scdi libri ibi. (Que qdē a priorib.) circa pmū duo facit.
q2 p̄ exeqtur de aīa fm opionē alioꝝ qntū ad totā aīam. 2ᵒ
exeqtur de aīa fȝ opionē alioꝝ qntū ad ptes eiꝰ. scda pars
icipit circa finē hꝰ pmi libri ibi. (Qm̄ aūt cognoscere aīe ē
& sentire &c.) Circa pmū duo facit. q2 p̄ ꝯtinuat se ad dicen
da. 2ᵒ exeqtur de itēto ibi. (Dicunt eniȝ qdaȝ.) Dicit ḡ q̄
pn̄ᵐ sūt qōnis .i. inqsitiōis de aīa est apponere .i. ppōnere
illa q̄ maxie videnť inesse ipsi aīe fȝ nāȝ. hec sūt sūt duo:
iō seqtur q̄ aīatuȝ igiť ab inaiato in duobꝰ maxie videtur
differre. vȝ. motu & sensu: & subdit q̄ hȝ fere duo de aīa ac-
cepimꝰ a pgenitoribꝰ nr̄is. vȝ. q̄ inuestigauerūt ipsam mo-
tu & sensu. ¶ Notādū aūt q̄ quelibȝ res est igrenda & in-
uestiganda p sibi ppria. igiť si volumus ingrere & inuestiga
re de aīa pn̄ᵐ huiꝰ inqsitiōis oȝ esse p ea que isunt ipsi aīe.
& q̄ sunt ei ppria fm nāam. ¶ Notāduȝ ēt q̄ illa sunt ppa
alicui p q̄ illud differt ab alijs. illa ḡ erūt ppria aīe p q̄ aīa-
taȝ differt ab inaiato. hec aūt sunt duo. motus & sensus. qn̄
enī videmꝰ q̄ aliqd mouet se & q̄ sentit iudicamꝰ ipsȝ aīa-
tū eē. inuestigāda est ḡ aīa p motū & sensuȝ vel inuestigāda ē
p hȝ q̄ est cā motꝰ & cā sensus. Deinde cū dicit.

Lb. 20. ¶ Dicūt eniȝ qdaȝ: & maxime: & primo eē aīaȝ
id qd est mouēs: existimātes aūt qd nō moueť
ipsum nō ꝯtingere mouere alterū: eoꝝ que mo-
uenť aīam sic arbitrati sunt esse.

¶ Exeqtur de itento. circa qd duo fač. q2 p̄ narrat opiones
alioꝝ circa aīaȝ. 2ᵒ eas reprobat ibi (Cōsiderādū aūt pᵐ)
ad euidentiā aūt pme ptis sciendū q̄ pgenitores nostri &
antiq phi de aīa tractātes qdā conati sunt inuestigare aīaȝ
motu. qdā cognitiōe & sensu. qdaȝ vō vtroqȝ mō. iō tria ḡ fač.
nā pmo narrat opiones antiquoꝝ de aīa inuestigātiū aīam
motu. scdo narrat opionē inuestigātiū eā cognitiōe & sensu.
3ᵒ narrat opionē inuestigantiū ipsaȝ vtroqȝ mō. 2ᵃ ibi. (Qui
cūqȝ sūt ad cognoscere) 3ᵃ ibi. (Qm̄ autē & motum.)
¶ Rursus autem ad euidentiam pme partis sciendum
q̄ fm opionē antiquoꝝ idē est inuestigare aīaȝ ex eo q̄ ē
mouēs vel ex eo qd ē pncipiū mouēdi. & inuestigare ipaȝ ex
eo qd ē qd mobile vel ex eo qd moueť. credebāt .n. antiq
q̄ nihil moueret nisi moueret. duo ḡ facit. q2 p̄ ait q̄ an-
tiq inuestigātes aīaȝ p viā motꝰ dicebāt ipsaȝ esse aliqd qd
mouebat & qd mouebať. 2ᵒ narrat & adducit varias opio-
nes antiqrū inuestigātiū aīaȝ p viā motꝰ ibi (Vñ democri
tus) Dicit ḡ q̄ antiq qdā .n. & maxie & p̄ dixit aīaȝ eē id qd
est mouēs. existimātes aūt q̄ id qd nō moueť nō ꝯtigere
ipm mouere. & q2 sic est sic arbitrati sunt antiqui aīam eē
alterū aliquid eorum que mouentur.

Dubitaret forte aliqs. vtrū hoc sit verū q̄ ni-
hil mouet nisi moueať. ¶ Di
cendū q̄ nō oē mouens moueri duplici via venari possu-
mus. pᵃ via sumiť ex eo q̄ nō ꝯtigit abire in ifinitū. 2ᵃ su-
miť ex eo q̄ illud qd est p accñs separať & ꝯtigit nō eē. pᵃ
via sic pȝ. nā vt pbať in. 7ᵒ physicoꝝ. oē qd moueť ab alio
moueť. si ḡ hoc mouēs moueť. mouebiť ab alio. & q2 nō ē
abire in ifinitū. opȝ deuenire ad aliqd mouēs immobile.
2ᵃ via sic oȝ. nā motꝰ p se nō ē in mouēte: sȝ in moto. sič .n.
fractio nō est in frāgēte sȝ in fracto. & sič alteratio p se nō
est in alterāte: sȝ in alterato. sic vlr motꝰ nō ē in mouente:
sȝ in moto. Accidit itaqȝ mouēti vnde mouēs est q̄ in eo
sit motꝰ. & q2 qd ē p accñs separať & ꝯtingit nō eē: ꝯtigit q̄ re
periať motor in q̄ nō erit motꝰ. & p ꝯñs q̄ nō mouebiť: nō
ḡ bñ opinabanť antiq dicētes aīaȝ eē aliqd qd moueť eo
q̄ nō ꝯtigit aliqd mouere nisi moueať ipm: nec ē vlr veꝝ
q̄ oē mouēs moueať: & si cōtingit aīaȝ moueri moto cor-
pore hoc est p accñs. nō per se. Deinde cū dicit.

¶ Vñ democritꝰ qdē ignē quēdā: aut calorē eē
dicit ipaȝ. Jnfinitis igiť existētibus figuris & atho-
mis: q̄ sūt speciei rotūde ignee: & aīam dicit vt
in aere moto: que vocenť decisiones que vidē
tur per portas in radijs quaꝝ omne semen ele
menta dicit Democritꝰ totius nature.

¶ Narrat varias opiones antiquoꝝ inuestigātiū aīam per
viaȝ motꝰ. circa qd qtuor facit fȝ q̄ qtuor tales opiones
narrat. nā p̄ narrat opionē dmocriti. 2ᵒ opionē leucippi.
3ᵒ opionē pictag. qrto narrat opionem anaxa. 2ᵃ ibi (Silr
aūt leucippꝰ) 3ᵃ ibi (Videť aūt & a pictagoricis) qrta ibi
(Silr aūt & anaxagoras) Dicit ḡ q̄ democritꝰ dicit ipaȝ
aīam esse quēdā ignē aut esse quēdā calorē igneū. nā exīs
tibus ifinitis figuris & athomis democritꝰ dicit aīaȝ esse
ignē .i. esse athomos vel decisiōes igneas q̄ decisiōes sunt
speī rotūde. dicebat .n. democritꝰ aīaȝ cōponi ex athomis
q̄ erant nāe ignee & erāt figure rotūde. nā vt in aere appa
ret qdā sunt corpa pua mota q̄ pua corpora pp sui puita-
tem vocanť decisiōes q̄ decisiōes videnť in radijs p por-
tas: de nūero qrū decisionū dixit democritꝰ esse oē semē
& esse elta .i. pncipia totiꝰ nāe. ¶ Notādū aūt q̄ cuȝ sumꝰ
extra ad lumē. q2 disgregať visus noster nō possumꝰ vide
re has decisiōes nec hos athomos pp sui puitatē. sȝ cū su-
mus in domo & p portas vel fenestras itrāt solares radij
tūc in illis radijs apparēt he decisiōes. & hi athomi qs de-
cisiōes dicebat democritus eē oē semē & vle semē & vlia
pncipia totius nāe .i. adest oīum reruȝ naturalium.

Dubitaret forte aliqs. qre democritꝰ posuit
hos athomos & has decisio-
nes esse vlia pncipia totiꝰ nāe. ¶ Dōm q̄ de hoc in libro
de gnātiōe diffusiꝰ diximꝰ: sȝ qntū ad psens spectat antiq
phi nesciuerunt resoluere corpora in māam & formā & non
potuerūt ad hoc ptingere vt cognoscerēt q̄ pncipia nāe
eēnt nec erāt materia & forma: sed oēs posuerūt hō pn-
cipia esse aliquod corpus vel aliqua corpora. nam aliqui
pncipiuȝ omnium dixerunt esse aerem aliqui aquaȝ. & sic

de aliis hoc viso dicamus q̄ duo sūt de rōne pncipij.simplicitas ꝛ virtuositas.sūt.n.pncipia simplicia q̄z ad ea fiat resolutio alioꝝ.ꝛ sunt virtuosa q̄z ex eis fiūt alia.ꝛ vt° eorum se extēdit ad alia.cū ḡ hẏ decisiones ꝛ hẏ athomi sint corpora valde parua ꝛ videantur eē valde virtuosa eo q̄ continue moueanť.si pncipia rerū nālium debemus ponere q̄ sint corpora:aliquā appentiā habebat positio democriti q̄ hẏ corpora potius essent pncipia alioꝝ.

Alterius forte dubitaret aliqs:q̄re democrit° posuit aīaz cōponi ex athomis nō q̄buscūq̧ sꝫ ex athōis q̄ erāt nāe ignee.℄ Dōz q̄ ignis īter oīa alia elementa est maxime actiuus ꝛ est formalior ceteris elemētis:ꝛ q̄z aīa hꝫ rōnē forme ꝛ hꝫ rōnē motiui ꝛ actiui respectu corporis si ex aliqb° athomis debebat ꝯponi aīa digna erat q̄ cōponereť ex athomis actiuiorib° ꝛ formaliorib°:cuiusmodi sunt athomi nāe ignee.℄ Rursus aduertendū est q̄ cū ab aīa habeat esse vita:ꝛ vita consistat in calo:dixit democritus ipsaz q̄dem aīam esse ignez q̄ndaz aut calorem.i.esse ignem aut igneam.

Alterius forte dubitaret aliqs.q̄re democritus posuit aīaz eē ex athomis rotūdis.videť eni q̄ poti° debuit eā ponere ex athomis piramidalib°.q̄z pīramis pp acumē vr̄ magis habilis ad motū q̄ȝ figura rotunda.acutū eni hr̄ scindit mediū.ꝛ p ꝯn̄s vr̄ bene mobile.℄ Dōm q̄ si p motū debem° inuestigare aīaz:oꝫ q̄ hoc fiat p motū qui sit sibi cōgruus.mot° autē factus ab aīa ē ad oēz dr̄iā positiōis.figura ḡ angularis:q̄z nō est habilis vt moueať fm̄ oēm dr̄iaz situs ex athomo figure piramidalis vel cuiuscūq̧ figure hn̄tis angulos nō posuit democritus cōponi aīam:sꝫ ex athomis rotūdis aptis natis moueri ad oēm dr̄iam situs.Deinde cū dicit.

Tō.xi.

℄ Similiter aūt ꝛ leucippus hoꝝ aūt sp̄ica aīaz pp id q̄ maxie pn̄t penetrare p oē huiusmodi figure ꝛ mouere reliq̄ cū moueanť: ꝛ ipsa arbitrātes aīam esse efficiēs in aīalibus motū.

℄ Narrat opiōnē leucippi.circa qđ duo fač.q̄z p̄mo fač qđ dictū est.scđo qđ dixerat manifestat p signū.ibi (Un̄ ꝛ viuēdi.) Dicit ḡ.q̄ sir̄ leucippus dicebat aīaz esse sp̄ica corpora de numero hoꝝ corpoꝝ īdiuisibiliū pp id q̄ talia corpora que sunt hẏ figure sperice maxie pn̄t penetrare p oē .i.p oem dr̄iaz pōnis ꝛ mouere reliq̄ corpa cū moueanť ꝛ ipsa.hi ḡ phẏci ponebāt aīaz ꝯponi ex talib° corpib° mouētib°:q̄z erāt arbitrātes aīaz eē efficiēs motū in animalib°. ℄ Nōn̄ ēt dmocritū ꝛ leucippū fuisse socios ꝛ collegas.vn̄ qđ dicebat vn° dicebat ꝛ alius.arbitrātes ḡ erāt ambo sir̄ q̄z silēz opiōnē hēbāt.℄ Nōn̄ ēt opiōnē democriti ꝛ leucippi in h ꝯsistere q̄ cū aīa sit efficiēs motū in aīalib° ꝛ hẏ mot° sit ad oēz dr̄iaz sit° dignū ē aīaz ꝯponi ex athomis rotūdis q̄ pn̄t p oē penetrare ꝛ moueri ad oēz dr̄iaz situs. ℄ Notādū ēt q̄ hẏ athomi ꝛ hẏ corpa rotūda dicunť mouere reliq̄ corpa cū moueanť ꝛ ipsa.q̄z vt tactuz ē crediderūt aliqui physici nihil mouere aliud nisi moueať ꝛ ipm. ℄ Deinde cum dicit.

℄ Un̄ ꝛ viuēdi terminū esse respiratiōnē. Constringēte.n.eo q̄ corpora ꝯtinet: ꝛ extrudente figuras pbētes aīalib° motū:ex eo q̄ nō ē ipsas quiescere nullaten° auxiliū fieri de foris igrediētibus aliis huiusmodi in respirando. ꝓhibere eniꝫ has: ꝛ que insunt aīalibus disgregari simť ꝓhibens ꝛ cōstringēs ꝛ ꝯprimēs: ꝛ viuere an teq̄ȝ diu possunt hoc facere.

℄ Qđ dixerat manifestat p signū.oñdit.n.q̄m̄o democritus ꝛ leucipp° declarabāt p quoddā signū q̄ aīa erat ex athomis cōstituta dicēs.vn̄ ꝛ viuēdi terminū dicūt esse respirationē.nā ipo corpore aereo qđ ꝯtinet hẏ corpa īdiuisibilia cōstringēte hẏ corpa ꝛ extrudēte.i.exteri° emittēte figuras pbentes aīalib° motū ex eo q̄ nullaten° nō ē ipsas figuras vel ipsos athomos q̄escere:iō dicebāt auxiliū fieri de foris igrediētib° aliis hẏ athomis in respirādo.dicebant.n.ꝓhibere has figuras vel hos athomos q̄ sūt ī aīalibus disgregari.nā gen° athomoꝝ p respiratiōēz igrediēs est sir̄ ꝓhibēs ꝛ cōstringēs ꝛ ꝯprimēs alios athomos non permittēs eos disgregari.vn̄ dicebāt aīalia tādiu viuere q̄ȝdiu pn̄t hoc facere.℄ Notādū aūt itentōēz h° lr̄e in h ꝯsistere:q̄ q̄z athomi ex q̄b° ꝯponiť aīa:nullo° q̄escūt.sed sunt valde mobiles:ꝛ nisi ꝯpmerenť stati discederēt abinuicē ꝛ dissolvereť aīa.iō posuit democrit° q̄ aľ īdiget respiratiōe.q̄z aer exterior ꝯtines hẏ athomos cuꝫ attrahiť p respiratiōnē extēdit ꝛ imittit alios athomos exteriores q̄ cōprimūt athomos:ex q̄b° cōponiť aīa ne dissoluanť ꝛ sic ꝯtinuať vita.q̄z tam diu viuit aľ q̄ȝ diu pōt respirare:ꝛ q̄ȝdiu pōt h auxiliū facere.ḡ auxiliuꝫ fit defoꝛis.q̄z athomi exn̄tes exteri° ꝛ defoꝛis cū p respiratiōnē īgrediuntur interi° auxiliať aīali vt ꝯtinueť in vita.ꝛ q̄z sic ē signū est q̄ aīa q̄ dat vitā aīali sit cōposita ex athomis cum p athomos ꝯtinueť hẏ vita. ℄ Notādū ēt q̄ vbi nos hēm° auxiliū fieri defoꝛis alia lr̄a hꝫ auxiliū fieri celitus qđ forte dictū aludit pōni pictag.quaꝫ in aliquo secuti sūt democritus ꝛ leucippus.dr̄ eni posuisse pictagoras celū esse magnū aīal.p cui° hiatum ꝛ respiratiōnē attrahiť iste aer sic plen° athomis.ꝛ q̄z p athomos in h aere exn̄tes auxiliať aīalia vt ꝯtīueť ī vita dr̄ hẏ auxiliū fieri celitus.

Dubitaret forte aliqs q̄m̄o athomi exteriores qui sunt de foris auxiliant nos ꝛ faciūt ad ꝯtinuatōēz vite.℄ Dōz q̄ seq̄ndo opiōnē democriti ꝯponēdo aīaz ꝯponi ex athomis in respirādo ꝛ attrahēdo aerez exteriorē plenū athomis:vt ꝯmētator innuit sup hunc locū:triplex auxiliū ꝯsequimur.p̄mū est q̄ athomi ex q̄bus ꝯponiť aīa eo q̄ sint nāe ignee ꝛ figure rotūde sunt adeo habiles ad motū q̄ nullo mō ꝯtingit eos q̄escere:sꝫ semp ꝯtingit aliquē ex eis discedere. per athomos ḡ attractos exteri° auxiliamur.q̄z suppleť loc° descēdētiū athomoꝝ.nā si aīa est ꝯposita ex athomis:ꝛ semp discedunt aliq ex eis si nō attraherenť aliq athomi supplentes locū discedentiū statiꝫ corrūpereť aīal.scđo auxiliamur p hẏ athomos attractos defoꝛis.q̄z illi ꝯprimūt alios athomos ex q̄b° ꝯponiť aīa ꝛ nō pmittūt eos ita discedere.3° iuuamur per hẏ athomos.q̄z sic vn° carbo ignit° fortificať ꝛ roboratur ad pn̄tiaz alteri° carbonis igniti:sic athomi ex q̄b° cōponiť aīa roboranť ꝛ fortificanť ꝛ validi° operanť opa eis debita ad pn̄tiaz athomoꝝ exteri° acutorum.hec aūt tria satis innuunť in lr̄a vbi dicť q̄ athomi exteri° attracti ꝓhibēt athomos ex q̄b° ꝯponiť aīa ꝛ cōstringūt ꝛ ꝯprimūt.ꝓhibēt.n.eos q̄ nō pmittūt ipsos sic de facili disgregari.ꝯstringūt eni eos.q̄z nō pmittunt eos sic rarefieri:eo q̄ suppleāt ꝛ subintrēt locū discedentiū athomoꝝ.comprimunt aūt ipsos.qđ faciēdo fortificāt eos ꝛ reddunt eos validiores ad operādū opa eis debita.Deīde cū dicit.

Tō.xx.

℄ Videť aūt ꝛ a pythagoricis dictū eandeꝫ hr̄e itelligētiā.Dixerūt.n.q̄dā ipsoꝝ aīam esse que sunt in aere decisiones: alii aūt has mouēs.

℄ Ponit positionem pictagore. Circa quod tria facit.q̄z p̄mo ponit hẏ positionē.scđo assignat positiōis rōnē.3° ex his q̄ dixerat concludit q̄ oēs hi phi q̄ noiati sunt venati sunt nām aīe ꝛ cōsiderauerūt ipam ex parte motus.scđa ibi (De his aūt) tertia ibi (Videť aūt) Dicit ergo q̄ dictū a pyctagoricis videť eandē hr̄e itelligētiā.i.eandē hr̄e sn̄iam cū dicto democriti ꝛ leucippi:nō tn̄ ipsi pyctagorici

illi cõueniebant cum positione democriti: sed qdã ipsorũ dicebat animaz esse has decisiones que sunt in aere: τ isti simplr̃ ɔueniebãt cũ democrito: alij aũt pictagorici dixerunt φ aia nõ est hꝫ athomi: nec hꝫ decisiones: sꝫ est quedam vĩtus mouẽs has decisiones: τ hos athomos: τ huius opiõis dr̃ fuisse qdã phs noie archilaus magister socratis. ¶ Notandum aũt φ pictagorici dicunt illi qui secuti sunt pictagorã. sicut ergo inter aristotelicos .i. inter sequẽtes aristotelẽ sunt opiniones varie: τ quidã opinant vnũ τ qdã aliud: sic iter pitagoricos poterãt eẽ varie opiões: τ qdam poterãt opinari vnũ: τ qdã aliud. ¶ Deide cũ dic.

¶ De his autem dictũ est ppter id φ continue videnẽ moueri: τ si sit tranquillitas nimia. In idem autem ferunẽ τ quicũqꝫ dicunt animaz esse quid seipsum mouens.

¶ Assignat huius positionis rõnẽ dicẽs: φ dictũ est de his videlꝫ quare aia dicaẽ cõposita ex athomis. nam hoc est ppter hoc φ hꝫ athomi ɔtinue videnẽ moueri. τ si sit nimia trãquillitas in aere: τ qꝛ aia ponĩ esse qd mouẽs cũ ſm antiquoꝝ opiõnẽ nihil moueat nisi moueaẽ τ ipm dignum videbaẽ eis φ aia esset cõposita ex athomis q sunt adeo mobiles. addit aũt φ in id idẽ ferunẽ qcũqꝫ dicunt aiam esse qd .i. esse aliqd seipsum mouẽs. hi .n. ferunẽ ĩ idẽ τ tenẽt eandẽ quodãmodo sniam: qꝛ ɔsiderant aiaꝫ rõne motus. ¶ Deide cum dicit.

¶ Videnẽ autem omnes hi existimasse motuz maxime ppriuum esse anime: τ alia quidez oia moueri ppter animam: ipsam autem a seipsa propter nihil videre mouens quod non moueatur τ ipsum.

¶ Concludit ex dictis φ oẽs hi phi ɔsideraverũt de aia τ venati sunt ipsam ex parte mot⁹ dicẽs: videnẽ aũt oẽs phi s. qui noiati sunt existimasse motuz esse maxime ppriuum anime: τ alia qdẽ oĩa moueri ppter aiam: ipsam aũt a .am dicebãt moueri a seipsa: dicebãt enim aiam moueri cum mouebat: ppter id φ ſꝫ eos nihil videẽ mouẽs qđ nõ moueaẽ τ ipsum. ¶ Deinde cum dicit.

Lõ. 23. ¶ Similiter autem τ anaxagoras animam dicit esse mouẽtẽ: τ si aliquis alius dixit φ omne mouet intellectus.

¶ Põit positionẽ anaxagore: circa qđ duo faẽ. qꝛ p̃ narrat hꝫ positionẽ. secũdo cõparat positionẽ eius ad positionez democriti. ibi. (Non tamẽ penit⁹) dicit ergo: φ similiter aũt τ anaxagoras: supple consideravit aiam ex pte mot⁹: qꝛ dicit aiam esse mouentẽ alia τ si aliqs alius secutus est anaxagorã: τ dixit φ intellect⁹ .i. φ aia mouet omne .i. mouet oĩa: sic dicẽs: supple in eandẽ incidit sniam τ ɔsiderat aiam ex parte motus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Non tamẽ penitus sicut democritus: ille quidem enim dicit simpliciter idem esse animam τ intellectum: verũ enim aiebat esse quod videẽ vnde bene dicere homerum φ Hector iacet aliud sapiens: non itaqꝫ videtur intellectus tanqꝫ potentia quedã que circa veritatem: sed idẽ dicit aiam τ intellectum.

¶ Comparat opinionẽ Anax. ad opiõnez democriti ostendens φ democritus magis certificauit nos .i. magis patẽter locutus est. τ non ita dubie loquebaẽ sicut Anaxago. circa qđ tria facit. qꝛ p̃mo ostẽdit democritũ patẽter τ manifeste locutũ esse. scđo declarat anax. nõ fuisse locutũ patenter: sed dubie: tertio epilogat circa determinata. secunda ibi. (Anax. aũt). tertia ibi. (Quicũqꝫ quidẽ ergo ĩ moueri). dicit ergo φ cũ anax. non penitus nos certificat de sua positione: sicut democritus. nam ille quidem .i. democritus simpliciter dixit idem esse animam τ intellectum: non enim distinguebat democritus inter intellectũ τ sensum: volebat aũt veruꝫ esse qđ videẽ .i. qđ apparet sensui dicebat enim sensum habere virtutẽ disciplĩne τ esse idẽ qđ intellectus: vnde cõmẽdabat Homeꝝ dicẽs democritus: Homeruꝫ bene facere .i. bene dicere cum dicebat φ hector iacet: quasi aliud sapiẽs. democritus itaqꝫ non vtitur vel non videẽ vti intellectu tanqꝫ sit potẽtia quedaꝫ que sit circa veritateꝫ: τ que sit diiuncta a sensu. sed idem dicit esse intellectum τ aiam: τ intellectũ τ sensuꝫ. ¶ Notandum aũt φ Homerus ponebat φ quãdo hector trãsmutabaẽ in sensu τ in corpore qđ trãsmutabaẽ in intellectu: τ iacebat qꝫ alius sapiẽs. volebat .n. homerus φ qñ hector erat alienat⁹ in sensu: qđ iaceret quasi sapiẽs aliud .i. aliena: τ volebat φ esset alienat⁹ in intellectu: ex quo seqbaẽ φ itellect⁹ esset sensus. τ qꝛ democrit⁹ ponebat intellectum esse sensum: ideo cõmẽdabat hoc dcm̃ homeri: qꝛ ɔcordabat positioni sue.

Dubitaret forte aliqs. vtrũ sit verũ dictũ homeri φ qñ aliquis est alienatus in sensu φ iaceat quasi aliud sapiẽs. τ φ sit alienat⁹ in intellectu: videẽ φ sic: qꝛ frenetici alienati in sensu videntur aliena sapere: τ vñr eẽ alienati in itellectu. ¶ Dicẽdũ φ alienatio in sensu p se nõ faẽ alienationẽ in itellectu nec ĩtellect⁹ est sensus vt opinabanẽ democrit⁹ τ homer⁹: attñ qꝛ nõ ĩtelligim⁹ nisi cũ fantasmate leso organo fantastico per accñs impediẽ opatio itellectus.

Ulterius forte dubitaret aliqs qꝛ democrit⁹ opinabaẽ idẽ eẽ itellꝫ τ sensuꝫ ex eo φ dicebat idẽ eẽ itellꝫ τ aiaꝫ. ¶ Dõm φ democrit⁹ nõ loqbaẽ de oĩ aia: ſꝫ solũ loqbaẽ de aia aialiũ: q̃ mouet p desideriũ τ appetitũ: imo ẽt nõ videbaẽ loq de aia oĩuꝫ aialiũ. ſꝫ solũ de aia aialiũ respirãtiũ: cũ pbaret cõpositã aiaꝫ eẽ ex athomis: qꝛ respirãdo τ attrahẽdo aerẽ plenũ athomis ɔtinuabaẽ aialiũ vita: si g idẽ erit ĩtellꝫ: qđ aia taliũ aialiũ nullũ erit aial respirãs qđ nõ hẽat itellꝫ: qđ eẽ nõ possꝫ nisi idez eẽt ĩtellꝫ τ sensus: cũ multa sint aialia respirãtia hñtia solũ sensuꝫ. ¶ Sciendũ g φ ex dictis democriti triplr̃ põt colligi φ idẽ sit itellꝫ τ sensus. p̃. n. h̃ colligiẽ ex eo φ dicebat idẽ eẽ itellꝫ τ aiam. 2⁹ ex eo qđ ponebat φ veꝝ eẽt obꝫ sensus. dicebat .n. verũ eẽ qđ videbaẽ sensui: cũ g vitas sit rectitudo sola mẽte pceptibilis. vt dic̃ Anselm⁹ ĩ lib° d̃ vitate τ vitas sit adeq̃tio reꝝ τ itellectuũ. vt dic̃ Boetius vĩ veꝝ eẽ ppriũ obm itellꝫ: g q dicit veꝝ eẽ obꝫ sensus dicit ĩtellm eẽ sensuꝫ: veꝝ .n. formalr̃ nõ cõparaẽ ad sensum ſꝫ ad itellectũ. 3⁹ hoc idẽ colligiẽ ex dicto democriti ex eo φ cõmẽdabat homeꝝ hoc dicẽtẽ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Anaxagoras autem minus certificat de ipsa. Lõ. 24.

Multotiens quidem enim causaꝫ eius φ bene τ recte dicit esse intellectum: aliqui autem intellectum hũc esse animam. In oibus enim ipsum inesse aialibus magnis: τ paruis τ honorabilibus: τ inhonorabilibus: non videtur autem ſm prudẽtiam dictus itellect⁹ oib⁹ siñr aialib⁹ inesse: sed neqꝫ oibus hoibus.

¶ Narrat põnẽ anax. d. φ anax. aũt min⁹ certificat .i. min⁹ certe τ magis dubie loqẽ de ipsa aia vl̃ magis dubie loqẽ d̃ ipsis .i. de aia τ itellꝫ: qꝛ multoties qdẽ .n. dic̃ ĩtellꝫ ñ eẽ idẽ qđ aia: ſꝫ dixit itellꝫ eẽ cãꝫ ei⁹ qđ recte τ bñ opaẽ. alibi aũt dixit hũc itellꝫ eẽ aiaꝫ: ait .n. ipm ĩtellm eẽ in oib⁹ aialib⁹ magnis τ puis honorabilib⁹ τ inhonorabilib⁹. Ite g loqẽ

anax. de itellectu: nec certificat nos qualr accipiat itellectum: nam itellect⁹ dict⁹ fm prudētiā nō videt̄ iesse similiter omnibus aīalibus: sed neq̄ videt̄ inesse oib⁹ hoīb⁹. ¶ Notandum autē q̄ bene ꝛ recte agere ꝯ per prudentiā: qꝛ prudētia est recta rō agibiliū: sicut ars est recta rō factibiliū. vt declarari hz in. 6° ethi. cū ḡ anax. dixit itellectū eē cāz bn̄ agēdi accipit itellectū dcm̄ fz prudētiā que nō est idē qd aīa: nec iest oib⁹ aīalib⁹. imo sic accept⁹ itellectus nō iest oib⁹ hoīb⁹: fz cū idē anax. dicat itellectū idem eē q̄ aīa ꝛ iesse oib⁹ aīalib⁹ vel ꝯtrat̄ sibiipsi vel equoce ꝛ ideterminate loqtur: nec certificat nos qualr accipiat intellectū. in hac ḡ pte magis est cōmēdādus democrit⁹. qꝛ nō sic dubie est locut⁹. ¶ Deinde cum dicit.

Cō. 25. ¶ Quicunq̄ igitur in moueri animatū aspexerunt: hi quidem maxime motum opinati sunt animam esse.

¶ Epilogat circa determiata. d. q̄ qcūq̄ qdē igit̄ aspexerunt aīatū i moueri. i. qntū ad motū. hi qdē maxime opiati sunt aīam eē qd motū vel qd motiuū ꝛ mouentē alia: dixerunt. n. q̄ aīa ipsa mota mouebat ꝛ reliqua.

Quicūq̄ autem ad cognoscere ꝛ sentire ea que sunt: isti dicūt animaz esse principia: alij quidem faciētes plura hec: alij vo vnū hoc.

¶ Postq̄ phs determinauit opiones phoꝝ venātiū aīam per viā mot⁹. in pte ista determinat de opionib⁹ phoꝝ venantiū aīam ꝛ determinātiū de ipsa p viā cognitōis ꝛ sensus: circa qd duo facit: qꝛ pmo ostēdit quō antiq phi determinabāt de aīa p viaz cognitionis ꝛ sensus. 2° qd dixerat manifestat p opionē emp. ꝛ platōis ibi (Sicut empe. qdē) dicit aūt q̄ qcūq̄ ḡt aspexerūt aīaz ad cognoscere ꝛ sentire ea q̄ sunt. i. entia. q. d. q̄ qcunq̄ ꝯsiderauerūt de aīa ex eo q̄ ipsa sentit ꝛ cognoscit entia: isti dicūt aīaz eē pncipia entiū: ꝛ qꝛ diuersimode loqbant̄ antiq de pncipijs: qꝛ aliq posuerūt plā pncipia: aliq vo vnū. ideo alij qdē erāt faciētes. i. dicētes aīam eē plā hoc. i. plura pncipia. alij vo dicebant aīam esse vnū hoc. i. vnū pncipium.

Dubitaret forte aliqs quō antiqui venantes aīaz p viā cognitōis ꝛ sensus dixerūt ipsam esse pncipia entiū. ¶ Dōm q̄ ois cognitio fit p assilationē. nam nisi eēt silitudo rei cognite in cognoscente oporteret rē illā ignoratā esse: hz. n. hoc vitatē tā in cognitōe sensitiua q̄ itellectiua. nā nunq̄ sensus sentiret aliqd nisi eēt in sensu silitudo rei sensibilis ꝛ nunq̄ itelligeret itellect⁹ aliqd nisi eēt in eo silitudo rei itelligibilis: vt ḡ ponerent antiq: q̄ aīa posset cognoscere oīa dicebāt ipsam hr̄e silitudinē cū oib⁹: non aūt videbat̄ ipsis q̄ aīa posset hr̄e silitudinē cū oib⁹ nisi esset cōposita ex pncipijs oīuz: volētes ḡ aīam iuestigare p viā cognitionis dixerūt ipsam eē pncipia oīuz: vt hr̄et silitudinē cū oib⁹ ꝛ vt posset cognoscere oīa: qꝛ ḡ posuerūt vnum pn̄m oīuz dixerūt aīaz eē illd pn̄m: vt qui dixerūt oīa eē ex aere dixerūt aīaz eē aerē. nā si aīa est aer hz silitudinē cum oib⁹ que sunt ex aere: ꝛ pōt oīa talia cognoscere. dicētes vo q̄ pncipiū oīuz erat aq̄: ꝛ q̄ oīa erāt ex aq̄ dixerūt aīam eē aquā. ponētes aūt nō vnū pn̄m oīum entiū: sed plā sic fecit emp. dixerūt aīam esse illa plā pncipia: q̄re loq̄ntes de aīa ꝛ iuestigātes eam p viā cognitōis sicut diuersificabant̄ in loquēdo de pncipijs: sic diuersificati sunt in loquēdo de aīa.

Ulterius forte dubitaret aliqs. vtrū bona eēt positio antiquoꝝ: ꝛ vī q̄ sic: qꝛ si cognitio fit p assilationē: oz aīam esse cōpositaz ex pncipijs oīuz ad hoc q̄ hēat silitudinē cū oib⁹ vt possit cognoscere oīa. ¶ Dicēdū q̄ vt cōiter ponit̄: iste fuit antiquoꝝ error: credebāt. n. q̄ cognitū deberet esse realr in cognoscente. nō videbat̄ qdez eis pōe q̄ aīa posset cognoscere terrā nisi in se realr hr̄et terram. nec q̄ posset cognoscere aquā si nō in se realr hēret aquā. hoc ḡ posito dicebant q̄ aīa terrā cognoscit terra. ꝛ aquā aq̄. vt p terrā quā hz aīa apō se pōt cognoscere aliā terrā: ꝛ p aquā quā hz in se pōt cognoscere aliā aquā: sed hec positio est falsa: qꝛ vt declarabit̄ in 3° lapis nō est in aīa. sed spēs lapidis: sic etiā terra nō est in aīa: sed spēs terre: aīa ḡ quodāmodo est oīa: ꝛ oīa sunt in aīa nō fm esse reale: vt ponebāt antiq: sed fm esse silitudinariū ꝛ intētionale: est. n. sensus susceptiuus oīum speꝝ sensibiliū: ꝛ itellect⁹ oīuz specieꝝ intelligibiliū: suscipiendo ergo aīa hō spēs poterit per sensuz assimilari oib⁹ sensibilib⁹ ꝛ cognoscere oīa sensibilia: per intellectū vo assimilari poterit oib⁹ itelligibilib⁹ ꝛ cognoscere oīa intelligibilia. ¶ Deinde cūz dicit.

¶ Sicut Empedocles qdez ex elemētis omnibus esse: ꝛ vnumqdq̄ eoꝝ animaz dicēs: sic terram qdem terra cognoscimus: aquā autem aqua: ethere autez ethera: sed ignez igne manifestum est: concordiaz autez concordia: discordia autem discordiam.

¶ Manifestat qd dixerat per opinionez empedo. ꝛ platonis qui iuestigantes aīam per viā cognitōis dixerūt ipsaz aīam ꝯstare ꝛ esse cōpositā ex pncipijs entiū. circa qd duo facit qꝛ pmo ostēdit quō empe. dicebat aīaz esse cōpositā ex pncipijs entiū. secūdo dclarat quomō hoc idē dicebat plato ibi (Eodē aūt mō ꝛ plato) ꝯtinuet̄ sic. bene dico q̄ antiq iuestigātes aīam per viā cognitionis dixerūt aīaz eē pncipia oīuz entiū: sicut dixit empe. q qdē dixit aīaz eē ex oib⁹ elemētis. i. ex oib⁹ pncipijs: ꝛ dixit aīam eē vnūqdq̄ hoꝝ pncipioꝝ: vt possit oīa cognoscere: sic dicēs: q̄ terra qdē cognoscimus terrā. ethera. i. aerē cognoscim⁹ ethere. i. aere. aquaz cognoscimus aqua. ignē igne: ꝛ manifestū est q̄ ꝯcordiā cognoscimus ꝯcordiā: ꝛ p ꝯcordiā ꝛ discordiam que est corruptiua cognoscim⁹ discordia. i. p discordiaz. ¶ Notādū aūt emp. posuisse sex pncipia: qtuor mālia ꝛ duo effectiua. dixit. n. terrā aquā aerē ꝛ ignē eē pncipia mālia: ꝯcordiā vo ꝛ discordiā voluit eē pncipia effectiua: ita q̄ ꝯcordia eēt pn̄m effectiuū gnātionis. discordiā vo corruptōis. nā qn̄ elemēta erāt pportionata ꝛ in ꝯcordia fiebat gnātio ꝛ qn̄ iproportiōata ꝛ in discordia fiebat corruptio. ꝛ qꝛ hec sex ponebat pncipia oīuz entiū: vt aīa posset cognoscere omnia entia dicebat ipsaz ex oibus his cōstare. ¶ Deinde cum dicit.

Cō. 26 ¶ Eodem autez modo Plato in Timeo animam ex elementis facit. cognosci enīz simile simili: res autez ex principijs esse.

¶ Ostēdit quō plato ponebat aīaz cōponi ex pncipijs. Ad cuius euidētiā sciēdū q̄ entia quantuz ad pn̄s spectat tripliciter pn̄t ꝯsiderari. pmo vt sunt aliqd in se. 2° vt referūtur ad suū pn̄m effectiuū. 3° cōsiderari pn̄t vt cōparant̄ ad ens in q̄ cōicāt: ꝛ qd vīr in oib⁹ repiri. si ꝯsiderent̄ entia vt sunt aliqd in se: sic plato visus est ponere pncipia entium idē ꝛ diuersum: vel ptibile ꝛ ipartibile: vīr. n. entia distingui: qꝛ qdā sūt sensibilia vt ista corpalia: qdā itelligibilia vt sube sepate. hec aūt corporalia vīr ꝯstare ex diuerso ꝛ partibili: qꝛ i eis est cōpō ꝛ diuersitas ptiū. sube vo separate vīr ꝯstare ex eodē ꝛ ipartibili: qꝛ i eis ē simplicitas ꝛ vnitas. pncipia itaq̄ oīuz entiū vident̄ esse idē ꝛ diuersum. Scdo vo possunt res considerari vt comparant̄ ad suum principium effectiuum: ꝛ sic principia entium dixit plato eē ydeas a qbus hec entia fiebāt ꝛ causabant̄. 3° pn̄t res

cōparari ad ipm ens: qđ pticipāt τ q̄ cōiter repit in oībus τ sic pncipia rerū: dixit plato esse numeros. nam sm Cōmentatorē in. 7° metaphy. nesciuit plato distinguere iter vnum qđ est pncipiū numeri. τ qđ cōuertit cū ente: q̄re sicut in singulis reb⁹ repiunt plures pfectiones: τ plures vnitates loquendo de vno qđ ɔuertit com ente: sic credidit q̄ repirent in singulis reb⁹ vnitates que eēnt pncipiū numeri. ppter qđ posuit numeros eē pncipiū oīuz entiū. dixit gdē in oīb⁹ entib⁹ esse numez p̄terq̄ in vno. videlz in pma causa quā posuit circa eēntiā vnitatis τ bonitatis. q̄ si accepisset numez large pro omni p̄lalitate vel pro oī multitudine nō male dixisset. sz accipiēdo numez pprie: vt ipse accipiebat q̄ est spēs q̄ntitatis: nō bñ dixit: q2 hō numerus nō hz eē nisi i ɔtinuis. nec se extēdit ad substātias sepatatas. semp. n. numerus pprie sumpt⁹ causat ex diuisione ɔtinui. vt declarari hz in 3° phy. posuit itaq̄ plato q̄tū ad p̄sens spectat tria genera pncipioz entiuz: videlz idē τ diuersum: ydeas: τ numeros: in declarādo ergo quō plato posuit aīaz ɔstare ex pncipijs: tria facit. q2 pmo ostēdit quō plato dixit aīam ɔstare ex eodē τ diuerso. 2° quō dixit eam ɔstare ex ydeis. 3° quō ex numeris. 2° ibi. (Silr aūt τ i his). 3° ibi. (Adhuc aūt τ aliter) dicit ḡ q̄ eodē aūt modo τ plato in thimeo facit. i. ɔstituit aīam ex elemētis. i. ex pncipijs: vult. n. sile sili cognosci. res aūt dixit esse ex pncipijs. vt ergo aīa cognoscat oīa: τ hēat silitudinē cum oībus: dixit plato eam ɔstare ex elemētis τ pncipijs oīuz. ℂ Notādum aūt q̄ hic Aristo. nō dicit quō plato posuit aīam ɔstare ex elemētis: sed remittit nos ad libz thimei. vbi vt inuit tam themistius q̄ cōmentator pncipia entiū dicunt esse ptibile τ impartibile vel idē τ diuersum. hoc ḡ modo posuit plato aīam cōstare ex pncipijs: q2 dixit eā cōstare ex eodē τ diuerso vel ex partibili τ ipartibili.

Dubitaret forte aliqs quō aīa est cōposita ex partibili τ ipartibili. ℂ Dicendum q̄ hoc themistius tripl'r declarare īcēdit sm q̄ aīa tripl'r pōt ɔsiderari. pmo eniz ɔsiderari pōt sm subaz. secūdo sm potentias. 3° sm vtrūq̄. oībus aūt his modis aīa est aliquo modo cōposita ex eodē τ diuerso: debem⁹ enim imaginari q̄ aīa sm suam nām τ substātiam est media iter substātias separatas: τ ista sensibilia. vñ themistius ait q̄ natura rōnalis intellectu gdem est deterior. sed his sensibilib⁹ est dignior. ista ergo corporalia sunt nature sensibilis. homo vō est nature rōnalis. substantie vō separate sunt nature intellectualis. natura ḡ rōnalis siue aīa nostra est dignior τ simplicior his sensibilib⁹: sz est iferior τ cōpositior substātijs separatis: cōparata ergo aīa ad hec sensibilia repit in ea idētitas τ simplicitas. cōparata vero ad substātias separatas est in ipsa cōpositio τ possibilitas: τ q2 media est aīa inter hec τ illa quasi participās vtrūq̄: dr̄ constare ex his pncipijs. videlz ex eodem τ diuerso. 2° hoc idem patet si cōsideret aīa sm suas potētias. nam in aīa quedam sunt potētie nō organice: τ iste sunt simplices τ impartibiles vt itellect⁹ τ volūtas: quedā sunt organice: τ iste sunt partibiles: q2 extendunt extensione organi. aīa ergo: q2 cōphēdit in se vtrūq̄: dr̄ constare ex partibili τ impartibili. tertio hoc idē patet si cōsideret aīa quantum ad vtrūq̄. nam tam aīa q̄ alie res sm genus ɔueniūt cum oībus his que sunt in illo genere τ sm speciē cōueniunt cum oībus his que sunt in illa specie: sed sm differentias: τ sm ppria accidētia dicunt differre ab alijs: τ q2 aīa tam sm substantiā q̄ sm potētias habet aliquā cōueniētiam τ aliquā drīaz cum alijs: rōne ɔueniētie dr̄ constare ex eodē: rōne differētie dr̄ cōstare ex diuerso. τ q2 oēs res vel cōstant ex eodez vel ex diuerso vel ex vtroq̄: aīa que constat ex eodē τ diuerso: habet silitudinē cum oīb⁹ τ pōt cognoscere oīa. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Similiter autem τ in his que sunt de philosophia dicta determinatum est: ipsum quidez animal ex ipsa vnius ydea: τ ex prima longitudine τ latitudine: τ altitudine: alia autem simili modo.

ℂ Ostēdit quomodo aīa constat ex elemētis siue ex pncipijs que sunt idee dicēs. q̄ silr aūt τ in his que dicta sunt de phīa dicta nāli: determinatū est a platone q̄ ipsum quidem aīal est cōstitutū ex ipsa idea vnius: idest ex ydea vnitatis: τ ex pma longitudine. i. ex ydea dualitatis: τ ex pma latitudine: idest ex idea trinarij: τ ex pma altitudine. idest ex idea q̄ternarij: τ alia entia ab aīa silr mō dixit eē cōposita ex his elemētis. ℂ Notandū aūt q̄ ex ydea vnitatis dualitatis trinarij τ q̄ternarij i sua phīa dicta nāli posuit plato cōponi tam aīaz q̄ alia entia: τ q2 sm ipm eodē mō cōponebat aīa τ alia entia hēbat aīa silitudinē cū oībus entib⁹ τ poterat aīa cognoscere oīa entia. ℂ Notādū etiā q̄ phīaz platonis non appellat Arist. phīaz nālē: sed dictā nālē: q2 plato dicebat eam esse phīaz nālē: non tñ erat nālis: q2 vt declarari hz in pmo de gnātione: vbi cōpat opinio platonis ad opionem democriti: plato nō loq̄bat physice τ nāl'r: sed extranee. vl' phīa platonis appellat phīa dicta: q2 solū vbis erat fulcita: nō aūt erat rōne firmata.

Dubitaret forte aliqs quomodo pma longitudo dicit ydea dualitatis: τ pma latitudo ydea ternarij: τ pma altitudo siue pma pfunditas ydea q̄ternarij. ℂ Dicēdū q̄ longitudo siue linea hz rōnē dualitatis: q2 eius extēsio est de pūcto ad pūctū: latitudo autez siue supficies hz rōnē trinarij: q2 nunq̄ est dare supficiez rectilineā nisi sit ibi signare tertiū punctū: ita q̄ triangulus: vbi est signare tria pūcta est pma figurarū rectilinearum: pfundū aūt siue altū. i. corpus cui cōpetit hēre pfunditatē τ altitudinē hz rōnē q̄ternarij. nā postq̄ fecimus supficiē trilaterē: vbi est figurare tria puncta: si volumus facere corp⁹ oz dare quartū punctū: τ fiet piramis. ita q̄ piramis est pmū corpoz angularīū. sicut triāgulus est pma figuraz rectilinearū. cum ergo ydee sint quiditates τ pncipia hoz sensibiliū: longitudo. latitudo: τ altitudo pus reseruant in ydeis q̄ in istis sensibilib⁹: ydea ḡ linee erit pma longitudo τ erit ydea dualitatis. idea vō latitudinis siue supficiei erit pma latitudo τ erit ydea ternarij. ydea vō altitudinis siue corporis erit pma altitudo τ erit ydea quaternarij: ex his ergo ydeis dicebat plato ɔstare. tam animam q̄ alia entia.

Ulterius forte dubitarz aliqs quō tā aīa q̄ alia entia ɔstēt ex his ydeis. ℂ Dōz q̄ i his iferiorib⁹ q̄tuor repim⁹. vz. pūctū lineā supficiē τ corpus: pūct⁹ aūt hz rōnē vnitatis: linea dualitatis: supficies ternarij. corp⁹ q̄ternarij: τ q2 plato dixit ydeas eē q̄ditates hoz sensibiliū posuit hec sensibilia cōstare ex ydea pūcti quē appellabat ydeā vnitatis: τ ex ydea dualitatis quaz appellabat p^am lōgitudinē: τ ex ydea ternarij quā appellabat pmā lati^{nem}: τ ex ydea q̄ternarij quā appellabat pmā altitudinē: ex his ḡ ydeis dixit ɔstare oīa hec sensibilia: vt ḡ aīa possit hēre silitudinē cū oīb⁹ istis: τ vt possz oīa ista cognoscere: dixit eam ex oībus his ydeis esse compositam. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Adhuc autem τ aliter itellectū quidē vnuz: sciam aūt duo: singulariter aūt ad vnum: plani aūt numerū ad opinionē: sensum vero eum qui firmi: hi q̄dem. n. numerum spēs τ principia entium dicebant: sunt autem ex elementis. Iudicantur enim res alie quidem intellectu.

Cō. 27.

aliē vō sciā:alie aūt opione:alie vō sensu:spēs aūt numeri hi rerum.

¶ Ostēso quō aīa sicut ⁊ alia entia ɔstat ex eodē ⁊ diuerso ⁊ ex ideis vult modo ōndere quō plato tā aīaʒ ꝙ̄ alia entia dixit ɔstere ex nūeris. videbat.n. plato qō opatōes aīe ex nūeris sumebāt ortū:qꝛ itelligere sumebat ortū ex vnitate. scire ex dualitate. opiari ex ternario. sentire ex q̄ternario:iō ex his numeris voluit ꝙ cōponeret̄ tā aīa ꝙ̄ alia entia:hoc est q̄ qō aīt:ꝙ adhuc autez ⁊ aliter sup plato dixit tam aīam ꝙ̄ alia entia cōponi ex eisdē pncipijs. qꝛ itellectū qdē plato dixit esse vnū. sciam aūt duo. est.n. sciētia singulr ad vnū.i. pcessus ad vnū.i. ad vnā ɔ̄nē:pcedit.n. scia ab vno medio ad vnā ɔ̄nē:opionē vō dixit esse numerum plani.i. numerū supficiei siue numeꝝ ternarij. sensū vō dixit esse eū numeꝝ q est firmi.i. q est corporis. hoc est numerū q̄ternarij. manifestū qdē est.n. qō hi numeri dicebant̄ spēs ⁊ pncipia entiū:sunt aūt hi numeri ex elemētis.i. de numero elemētoꝝ.i. sunt elemēta.q.d. ꝙ hi nūeri videlʒ vnitas binarius trinari⁹ ⁊ q̄ternari⁹ sunt elementa reꝝ. ⁊ subdit ꝙ alie aūt ren iudicant̄ intellectu. alie vō scia:alie aūt opione:alie vō sensu. ergo hi numeri sūt spēs.i. elemēta ⁊ qditates ⁊ pncipia reꝝ:⁊ tūc supplēda est rō. ꝙ enʒ hi numeri sint pncipia ex qb⁹ ɔstituta est aīa ex eisdem pncipijs ponebat plato eē ɔstitutā aiaʒ:⁊ alia entia.

¶ Notādū aūt ꝙ cū res cognoscant̄ per sua pncipia cūʒ ren alie cognoscant̄ intellectu:alie scia:alie opione:alie sensu:oʒ qō hʒ videlʒ vnitas dualitas ternarius ⁊ q̄ternarius qui numeri hñt ɔueniētiā cū itellectu:scia:opione:⁊ sensu sint pncipia rerū ⁊ etiaʒ opʒ ꝙ sint pncipia ipsi⁹ aīe cum opationes aīe reducant̄ ad hos numeros. ex eisdē ꝙ pncipijs:⁊ ex eisdē numeris cōstituta est aīa:⁊ alia entia: hēbit ergo fm hoc aīa silitudinē cuʒ oib⁹ entib⁹:⁊ poterit oīa entia cognoscere.

¶ Notandū aūt ꝙ itellect⁹ est pncipioꝝ. pncipiū aūt hʒ rōnē mediꝫ. naʒ pncipiū per qō ɔcluditur ɔcl̄o ē mediū ad illā ɔ̄nē. itellect⁹ ergo p quē ferimur simplr in pncipiū vel in mediū:vꝫ hēre rōnē vnius:sʒ sciētia que est respectu ɔ̄nis vꝫ hēre rōnē duoꝝ. Naʒ nos possumus ferri in ɔ̄nē nisi pius feramur in mediū. est ergo ibi duplex rō. vna in mediū. alia in ɔ̄nē. opioni aūt appropriatur numerus plani.i. supficiei.i. numerus ternarius. nam opio semp est acceptio vnius ptis cū formidine alteri⁹:est q ibi tria ɔsiderare. videlʒ mediuʒ ɔcludēs. ɔcl̄o ɔclusa:⁊ ɔcl̄o formidata:signāter q̄ aīt phs:ꝙ scia est singulr pcessus ab vno medio ad vnū ɔclusum:in qua differt scientia a b opione:que non pcedit singulr ab vno medio ad vnaʒ ɔ̄nē:imo pcedit ad duas ɔ̄nes:quaꝝ vna est ɔclusa:⁊ alia formidata. sensus vō hʒ rōnē q̄ternarij:qꝛ est vt⁹ organicus ⁊ corporalis. corpori autem vt dictum est quaternarius numerus appropriari debet.

Cō. 28.

Quoniam autem ⁊ motiuuʒ videbat̄ anima esse ⁊ cognoscitiuum:sic qdē cōplexi sunt:⁊ ex vtrisqʒ enūciantes animam esse numerum mouētē seipʒ.

¶ Postq̄ phs narrauit opionē phoꝝ inuestigantiū aīam p viam mot⁹:⁊ per viā cognitionis in pte ista narrat opionē inuestigantiū aīam vtroqʒ modo:circa qō tria facit:qꝛ primo fac̄ qō dcm̄ est. 2⁰ dat dr̄iaʒ iter ipsos phos. 3⁰ epilogat circa determiata. 2⁰ ibi. (Differūt aūt de pncipijs). 3⁰ ibi. (Differūt aūt oēs). dicit ergo:ꝙ qm̄ aūt ⁊ motiuum ⁊ cognoscitiuū videbat̄ esse aīa:sic aliq qdē complexi sunt ex vtrisqʒ enūciātes aīam esse numerū seipm mouentem.

¶ Notādū aūt ꝙ dicētes aīam esse numerū seipʒ mouētem cōplectebant̄ vtrūqʒ videlʒ cognitionē ⁊ motū. naʒ ex eo ꝙ aīa erat numerus cōpetebat ei cognoscere:nā cū numeri ponant̄ esse pncipia rerū si aīa erat numerus habebat silitudinē cum alijs entibus que erāt ex numeris constituta:⁊ per ɔ̄ns poterat alia cognoscere:inquantum aūt aīa erat seipsam mouēs poterat alia mouere.

¶ Notandum etiā quosdā dixisse hāc opionē fuisse platonis:ꝙ aīa esset numerus seipsum mouens:sed hoc non videt̄ congruum ꝙ introducat̄ hic hec positio tanq̄ platonis opio. qꝛ tūc hoc dcm̄ non poneret in numerū cū supiorib⁹ positionib⁹:qō est cōtra cōmētatorē dicentez tres sectas fuisse de anima:quarum vna inuestigauit aīam per viam mot⁹:alia per viam cognitionis. tertia per viā vtriusqʒ. vꝫ ergo hec opinio fuisse zenocratis:⁊ melius est vt introducat̄ hic tanq̄ opinio zenocratis q̄ tanq̄ opinio platonis.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Differūt autem ⁊ de principijs que ⁊ quot sunt. Maxime quidez corporea facientem ⁊ icorporea. his autem miscētes ⁊ ab vtrisqʒ principia referentes.

¶ Dat differentiā inter hos philosophos put loquebant̄ tam de pncipijs q̄ de anima:circa qō tria facit. quia pmo ostēdit quomodo differēter loquebant̄ phi quantum ad substātiam pncipioꝝ. secūdo quomodo loquebant̄ differenter quantū ad numerū. tertio narrat varias opiones phoꝝ circa pncipia:⁊ circa animā. 2⁰ ibi. (Differūt aūt ⁊c.) 3⁰ ibi. (Unde qbusdam). dicit ergo:ꝙ differūt aūt loquētes de pncipijs que.i. quantū ad que.i. quātum ad substātiam pncipioꝝ. ⁊ quot.i. quātum ad numerū. nem differēter loquebant̄ philosophi de pncipijs:⁊ quātū ad numeꝝ ⁊ quantū ad substātiam ⁊ maxime qdē quātuʒ ad substātiaʒ pncipioꝝ loquebant̄ differēter faciētes corporea.i. facientes pncipia corporalia. ⁊ icorporea.i. faciētes pncipia icorporea:⁊ etiaʒ differēter loquebant̄ his.i. ab his q erāt miscētes:⁊ erāt enūciātes pncipia ab vtrisqʒ.i. a corporalibus ⁊ incorporalibus.

¶ Notādū aūt ꝙ philosophi quātum ad substātiam pncipioꝝ differebāt tripliciter. qꝛ quidaʒ posuerūt principia corporalia. vt empedoclen:qui posuit quatuor elemēta principia rerū. quidam vō posuerūt principia incorporalia:vt plato qui posuit ideas principia entium:quidā vō posuerūt pncipia vtraqʒ tam corporalia q̄ incorporalia. vt anaxag. qui posuit intellectū tanq̄ principium incorporale ⁊ posuit partes cōsimiles tanq̄ pncipia corporalia:faciētes ergo principia corporalia differebant a faciētibus pncipia incorporea ⁊ ab his q miscebāt vtraqʒ.

¶ Deinde cum dicit.

